Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Dominica sequenti: Lesung aus dem Evangelium nach Matheus

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

ſaltuſ etiam ſuper aquaſ ſolent.
Quid ergo pennatiſ piſcibuſ niſi
electę animae figurantur.
quae profecto ſole in caeleſtiſ
eccleſiae corpuſ tranſeunt.
quae modo uirtutum pennuliſ
fultae ſaltuſ dare per caeleſte
deſiderium ſciunt. ut ſuperna
per contemplationem appe
tant. quamuiſ in ſe ipſiſ ite
rum ex mortali carne rela
bantur. Si ergo iam bona
patriae caeleſtiſ agnouimuſ.
diſpliceat nobiſ fratreſ cariſ
ſimi quod curui ſumuſ.
Ponatur ante oculoſ. mulier
curua. & arbor infructuoſa.
Reminiſcamur malorum quae
fecimuſ. mittamuſ ad radi
cem cordiſ. coſinum ſtercoriſ.
ut tunc in retributioniſ fruc
tu pingueſcat. quod nobiſ hic
per paenitentiam fetebat.
Et ſi uirtutum ſumma opera
ri non poſſumuſ. ipſo dſ̄ noſtro
gaudet lamento. Ex ipſa ei
iuſtitiae inchoatione place
bimuſ. qui iniuſta quae feci
muſ punimuſ. Nec mora
erit in fletibuſ. quia tergent
citiuſ tranſeunteſ lacrimaſ.
gaudia manſura. Per
dn̄m noſtrum ihm̄ xpm̄ qui
uiuit & regnat cum patre
in unitate ſpſ ſci dſ
per omnia ſaecula ſaeculorū. am̄

DOM SEQUENTI.
LEC SCI EVA SEC MATH.

In illo temp. Acceſſerunt ad
ihm̄ ſadducaei qui dicunt non
eſſe reſurrectionem. & inter
rogauerunt eum dicenteſ. & reliq.

T LXXXVII SERMO UENERABILIS
BEDAE PRBI DE EADEM
LECTIONE SEC
LUCAM.

Acceſſerunt quidam
ſadduceorum qui
negant eſſe reſur
rectionem. Quae
erant hereſeſ in
iudeiſ. una pha
riſeorum. & al
tera ſadduce
orum. Phariſei traditionum
& obſeruationum quaſ illi de
uteroſiſ uocant iuſtitiam prae
ferebant. unde & diuiſi uocaban
tur a populo. Sadducaei
autem qui interpretantur iuſti.
& ipſi uindicabant ſibi quod
non erant. prioribuſ & corporiſ
& animae reſurrectionem
credentibuſ. confitentibuſque
angeloſ & ſpſ. ſequenteſ iuxta
acta apoſtolorum omnia
denegabant. Et interro
gauerunt eum dicenteſ.